



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 1. Sermo & opusculum Gersonii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)



# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CIV.

SED. VAC.

SIGISMUNDUS OCCIDENT. EMANUEL II.  
ORIENT. IMPERATORES.

§. I.

*Sermo, & opusculum Gersonii.*

**N**ovi hujus anni auspicia Synodus sa- Sæcul. XV.  
crabat publica supplicatione pro fe- A. C. 1417.  
lici Cæsaris reditu, qui indies ex-  
spectabatur, instituta. Die vero quarta Gerson. to. 2.  
Januarii generalis celebrata est congre- v. 350.  
gatio, in qua recitabantur literæ ex Ca-  
stella, atque Scotia delatae, quibus so-  
lemnes Legationes brevi adventuræ nun-

R 5

ciaba-

**Sæcul. XV.** ciabantur. Demum in ipso Epiphaniæ  
**A.C. 1417.** festo habitus est sermo de restauranda  
 Ecclesiæ disciplina. Gersonius quoque  
 decima septima ejusdem Mensis die, S.  
 Antonio sacra, orationem declamabat,  
 in qua duo maximi momenti argumenta  
 discussit, nimirum auctoritatem Concilii  
 supra Papam, in Sessione V. solide stabi-  
 litam, necnon caussam novem proposi-  
 tionum Joannis Parvi, quarum damna-  
 tio hucusque semper Burgundi Duci ar-  
 tibus elusa fuit. Insuper idem Synodo  
 aliud obtulit opusculum, in quo fuse en-  
 numerat errores, quos in Concilio con-  
 tra præceptum Decalogi, *Non occides,*  
*prolatos fuisse contendit.*

## §. II.

### *Imperator Constantiam redux.*

**Juvén. Urs.** Anno & plusquam sex mensibus Impe-  
 rator absens erat, postquam enim vi-  
 gesima Junii Anno millesimo quadringen-  
 vol. I. p. 251. tesimo decimo quinto Constantia diceſſi-  
 ſet, nonniſi vigesima septima Januarii  
 Anno ſupra millesimum quadringentesi-  
 mo decimo septimo illuc rediit, per Gal-  
 lias in Angliam transiens, ut inter utrum-  
 que Regem aut pacem, aut ſaltem indu-  
 cias conciliaret, teſtaturque Juvenalis  
 Ursinus, hunc in finem a Sigismundo  
 frequentius nuncios in Franciam miſſos,  
 nec